

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

F. Ioannes quonus prios cartusiae prope sanctum odo marum, venerabili  
[...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IOAN. REUCH. LIB. SECVND.

F. Ioannes Quonus Prior Cartusiae propè Sanctum Odo-  
marum, Venerabili Domino Iacobo Fabri  
Magistro Parisiensi.

**E**Ternam in Domino Iesu Salutem. Audiui Ioannem Reuch-  
lin admirabilis ingenii uirum, Parisum in breui fore petitu-  
rum, uirum inq̄, quem aliquid supra hominem esse suspicor.  
Quis enim nisi stolidus aut malicia excæcatus fructuosissimum il-  
lius non miretur diligatq; laborem? o si hunc audire mihi liceret  
Nempe ab olim ingens mihi inest desiderium audiendi, quid do-  
ceat illa sublimis Cabalæ sciētia, quibusue principiis adipisci pos-  
sibile sit, quam tantopere extolli audiui. Confido, quia dum ue-  
nerit, illi indiuiduus comes iugiter adhærebis. Infœlix ego, qui  
uestro colloquio adesse non possum, quod certe me delectaret su-  
per omnes delicias. Obsecro mi Præceptor uenerandissime, ut ab  
eo sciscitari nō pigeat, an (quemadmodum pollicetur in suo Ru-  
dimentorum libro) scripserit de punctis, de profodia, ac de longis  
& breuibus. Et ubi huiusmodi libri impressi reperiuntur. Deniq;  
si quid de scientia Cabalistarū ab illo eradere poteris, obsecro uel  
breui epistola illius participē me facere digneris. Erubescō certe  
hoc à te tam familiariter exigere, quia uicem reddere nō possum.  
Sed tuæ liberalitatis ingenuitas, quam optime noui, ausum mihi  
præstat. Et si talis sim qui tibi, quod te dignum est, retribuere non  
possit, eum tamen qui te grandi diligit affectu, rogo, ne contēnas,  
quem si idoneum habere nequis remuneratorem, habebis tamē  
quoad uixero pro sua salute apud Dominum deuotum oratorē,  
qui te sua bonitate semper bene ualere faciat. Ex Conuentu Fra-  
trū Cartusiensium uallis Sanctæ Aldegondis prope sanctum Au-  
domarum. XXIIII. Iulii.

Iohānes Franciscus Mirandulæ Dominus, Ioanni  
Reuchlin Phorensi.

**S**alue Reuchlin. Quom iā septies Germaniā pro ditiōe mea  
perissem, & iter Vindelicos cōmorarer, Cūrad⁹ nī Peutinger⁹  
& ex uetere amicitia & gratia, ut arbitror, de lris fabulādi me  
cōuiuio suscepit. Aderat & Bilibaldus nī. Qui ex negotio Norin-  
bergēsi eo se cōtulerat. Multa iter nos de lris, nec parū multa de te